

figam prosperitatis David intendit in bonum: igitur reuicit fortunam in damnationem eternam.

14. Inter Ethnicos, ut observat Char- tarius de *Imagin. Deor.* fol. 307. erat *Bona & Mala Fortuna*. De vultu eius candido & nigro, diuisus *Tom. 4. T. 7. D. 1. n. 6.* Mo- do inquirendum, quomodo si Fortuna, For- tuna mala? An quia à bono vertit vultum? Quoniam gremio largiore totius orbis or- namenta portabat, & alijs impertiens (ait Martian. Capell. 1. *Philolog.*) repentinis motibus conferebat; raptus bis comas puer- iliter, caput illis virga comminans, esdem- que quibus fuerat eblandita, icibus crebris, complicatis in condiplos digitis, vulnerabat. Dialecto nostra: *Aporreas con ambas manos.* Quæ Fortuna, collatione donorum; patuit Mala icibus acerbitatum: equidem in per- niciem, à blanditis per falsam felicitatem, non solum bona auferit, sed icibus crebro tundit; ostendentibus in risum quid fortuna, per tunia vel fracta capita. Nostrates: *Al- boga, para quebrar la cabeza.* Hinc eius ima- go cum lancea. Videtis Achil. Bocch. *Sym- bol.* 22. & 81. Patent insidie sub specie vo- luptatum, & prosperitas ludens in malum signum, ne credatur colori, dum micat va- fre: igitur quem amplectitur dignatum, mit- tit ut telam. Altiora cogitanda, dum vicijs fauet fortuna, ex quibus in thronis huma-

na monstra. In flagitijs est fulgor, in navis decor, fortuna rerum humanarum summa gestiente, in profundis animi vitijs: inquit Plin. *lib. 30. cap. 2.* Noli amulari in mali- gnantibus, neque zelaveris iniquitatem facientibus, esto videris, favente prosperitate, exaltatos super cedros Libani: quando- quidem quæ in vita videbatur felicitas, in articulo mortis retorquer lanceas. Non for- tuna, sed tela, fortuna nimia. *Felix* (infit Senec. *Epist.* 39.) qui ad meliorem hunc im- petum dedit. Ponet se extra ius ditionemque fortuna: secunda temperabit, adversa com- minuet, & alijs admiranda despiciet: magna eò quòd superfluunt, nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere fran- guntur, sic ad mataritatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis evenit, quos immoderata felicitas rumpit; qua non tan- tum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Hæc leges à fortuna mala, cuius manipuli tela. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in taberna- culis peccatorum, quorum prosperitatis ia- cula comprobant ad flammam exitum. For- tuna uigra, verum in morte formosa: igitur si infelix felicitas, felix profecto cala- mitas.

Nec te poeniteat, duos subisse labores, Aut operi insuetas attenuasse manus.



TAU

TAUTOLOGIA TERTIA.

Gemmas pretiosas. 3. Reg. 10. v. 2. & 10.

EXPOSITIO LITERÆ.



LORNA Apparatus, pompæque ingressus Reginæ Saba in Ierusalem sub Principe Salomone graphicè describitur, cum proposito peregrinationis, ut audiret scilicet tanti oracula Regis, uti dicitur *Matth. 12. 42.* equidem femina vel scio- la vel curiosa, minimè quiescens auditu, frui sapientia voluit vivæ vocis oraculo. Ab aliquibus vocatur Nicaulis, Nitocris, Makeda, ut asserunt Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 2. Petr. Comest. 3. *Reg.* cap. 26. Herodot. *lib. 2.* Genebr. in *Chronolog.* Ann. 3150. ab alijs denique appellatur Candace: Bleu in *Africa* describit. *lit. K. & Strab. lib. 17.* Nomen Candace non est persona, sed dignitatis: uti patet ex Plinio, *lib. 6. cap. 29. Regnare* (inquit) *feminam Candacen: quod nomen multis iam an- nis ad Reginas transiit.* Ita ergo Act. 8. 27. dicitur: Eunuchus potens Candaces Reginæ *Aethiopum.* Signatur nomen honoris, non illo fungentis: igitur Abraham Ortel. in *Abissin.* describit. fol. 113. dicit hanc vocari Iudith. Fœminas summi regiminis habenas habuisse in *Aethiopia & Saba,* canit Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 321.

Leobusque Sabæis Imperat hic sexus: Reginarumque sub armis Barbaria pars magna iacet.

Hæc femina dicitur etiam Regina Austri, *Matth. loc. cit. & Luc. 11. 31.* idest. Arabiæ fe- licis; quippe Arabia felix respectu Terre-Sanctæ Australis est: diciturque Sabæa à Saba, re- gionis totius Metropoli. Adi Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 5. cap. 14. §. 5. n. 20. & Sanct. in *præf. loc. Reg. n. 4.*

2. Pausanias, *cap. 328.* ex quo Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 16.* asserit illam fuisse Si- byllam: *In fatidicarum feminarum numerum (ait) conscripserunt Hebrai, qui supra Palestinam sunt gentilem suam Sabam nomine: hanc alijs Babyloniam, Ægyptiam Si- byllam vocant.* Georg. Cedrenus in *Histor.* (ex quo plures decerpserunt vel fabulam, vel historiam) asserit Reginam ex Salomone suscepisse filium, nomine Meilech, de quo n. 5. Videbatur olim Ethnicis, viros præstantes non posse nisi à præstantibus igni: hoc intuitu filia à Primatibus tradebantur Herculi, ut ex illo proles nasceretur inclytas ut no- tat Natal. Com. 7. *Mytholog.* cap. 1. Apollodor. 2. *Biblioth.* cap. 15. Hac enim acceptio- ne à pluribus accipitur illud Iudic. 16. 21. *Clausum in carcere molere fecerunt.* Ita Rabbi- ni intelligunt illud Isai. 47. 2. *Tolle molam & mole farinam* (idest) *denuda turpitudinem tuam.* Ubi Hieronym. *Scilicet, in morem scorti viciorum libidini pareat.* De *Samson* hoc significare voluit, quod pro sobole robustissimorum virorum, hoc in Allophyllas mulieres facere sit compulsus. Iob. 31. 10. *Scortum alterius sit uxor mea, & super illam incurven- tar alijs.* Hebr. *Molat alteri uxor mea, impregnatur ab alio.* Thren. 5. 13. *Adolescentibus impudicè abusi sunt;* similiter legit: *Iuvenes ad molendum rapuerunt.* Astruitur variè à Rabb. David. Kimhi & Raschi: habeturque in Thalmud, tract. *Sutab.* cap. 1. Apud Ethnicos magna seges, accipientes obscenè *Arare & molere.* Sophocles in *Antigon.* v. 57. *Arabiles etiam aliorum sunt mulieres.* Idem in *Oesip. Tyrann.* v. 501. Plaut. in *Mercat.* Act. 2. scen. 3. v. 21. & in *Trucul.* Act. 1. scen. 2. à v. 46. *Martial. lib. 7. Epigram.* 101. & *lib. 9. Epigram.* 22. Horat. 1. *Satyr.* 2. v. 34.

Huc iuvenes equum est descendere, non alienas Permolere uxores.

Turpiter Theocrit. *Idyl.* 4. v. 58. Turpissimè Petron. in *Satyr.* fol. 13. & 36. Auson. *Ept.*

Quoniam nomen digni- tatis Reginæ Sabæ?

Plin. Candace nomen digni- tatis Reginæ, non persona.

Claudian.

Pausan. Reginæ Sa- bæ, Sybilla.

Hieronym.

Molere & Arare obscenè sumptis.

Horat.

Epigr. 70. & 116. Nonius verb. *Evauare*. Bisciol. Tom. 2. *Hor. Subsec.* lib. 4. cap. 4. n. 7. de hacque acceptione agunt etiam Expositores Sacri: Serar. in 14. *Judic.* quasi. 15. & in cap. 16. quasi. 19. Petr. Comest. in *Judic. histor.* cap. 19. Maluend. loc. cit. Delr. in 5. *Toben.* Lyran Alapid. & Roâ in *Singular.* Longè arbitror huiusmodi propositum tam à Samfone, quam à Regina Austri, ut autumant Franc. Moncecius in *Cantic.* lib. 1. lucubrat. 4. & Bozius de *Signis Ecclæs.* lib. 21. cap. 1. etii aliqui apud Marian. Victori- um de *Regib. Æthiop.* astruant ex Salomone voluisse Nicæum concipere; ut prole masculâ morem regiminis fœminarum ab Æthiopia eliminaret, & Principem sapientem ex sapientiore haberet. Unde vulgò apud Æthiopes Melech dicitur Sapientis filius, subdit Victorius.

Quo intitu Regina à Salomone concepit Marian.

Thalestris Amazonum Regina.

Q. Curt.

Maxima gloria, si ma ior famâ. Val. Flacc. v. 141.

Orid.

Filius Regina Saba legem & Hebraos induxit in Æthiopia.

Decem tribus non sunt intra Sabbaticam ann. Ioseph.

3 Simile referunt, vel fingunt cupientes magnificare Alexandrum, Iustinus & Q. Curtius. Hic lib. 6. cap. 5. *Hyrcania* (infit) finitima gens Amazonum: Reginarum babe- bant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem & Phasim amnem imperitantem. Hac cupidine visendi Regis accensa, finibus Regni sui excessit: & cum haud procul ab- esset; premisit indicantes, venisse Reginam, adeundi eius, cognoscendique avidam. Pro- tinis facta potestate veniendi, ceteris iustis subsistere, CCC. fœminarum comitatu pro- ferens. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur: nam levia pars ad pectus est nuda, cetera deinde velatur. Altera papillâ intactâ servatur, qua mulieris sexus li- beros alant: adurit dextra, ut arcus facillius intendant; & tela vibrent. Insuperito vultu Regem Thalestris intuebatur, habitum eius baudquaquam famæ parem, oculis perustrans; quippe hominibus barbaris in corporum maiestate veneratio est: ma- gnorunque operam non alios capaces putant, quam quos eximâ specie donare natura dignata est. Ceterùm interrogata, num aliquid petere vellet; haud dubitavit sateri, ad communicandos cum Rege liberos venisse; dignam ex qua ipse regni generaret heredes: fœminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. Alexander, an cum ipso mili- tare vellet, interrogat: & illa, causata, sine custode regnum reliquisse; petere perse- verabat, ne se irritam spei pateretur abire. Acrior ad Venerem fœmina capido, quam Regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. Tredécim dies in obsequium desiderij eius assumpti sunt: tum illa regnum suum, Rex Partbitem petiverant. Iustin. meminit. lib. 24 & 42. sed lib. 11. latè refert, nominatque Miuthæam: etiam Diodor. Sicul. lib. 17. cap. 77. Arrian. lib. 7. cap. 32. Sabellic. 4. *Ennead.* cap. 5. & Marcian. Capell. lib. 9. de *Nupf. Phil.*

4 Aliter Salomon visus Reginz Saba. Alexander apparuit non par famâ: Salo- mon ultrâ. Unde illa, 2. Paralip. 9. 6. *Vicissimam virtutibus*: & 3. Reg. 10. 7. *Maior est sapientia & opera tua, quam rumor, quem audivi*. Ita de Hercule Laomedon, apud Valer. Flacc. 2. *Argonaut.* v. 164. *Quam parva tuis iam gloria factis!* Ovid. *Epist.* 15. à

Credis & hoc nobis? Minor est tua gloria vero; Famaque de forma penè maligna tua est. Plus hic invenio, quam quod promiseras illa. Et tua materiâ gloria victa sua.

At hoc infrâ. De filio Reginz ex Salomone plura plures. Ab illo illatam fuisse in Æthiopia legem Mosaicam, cum circuncisione etiam fœminarum (de quo egimus fusè *Tom. 2. T. 6. à n. 33.* & *Tom. 5. T. 9. n. 50.* viderique in proposito licet *Strab. lib. 15. Cæli. Rhodigin. lib. 14. cap. 8.* alijque aquad Lælium Bisciol. d. *Tom. 1. lib. 5. cap. 14.*) afferunt Ortelius, ubi sup. & Franc. Alvarezus *Histor. Æthiop.* cap. 36. Gerard. Mercator in *Maior. Atlant. Abissin. tabul.* ait, Melech assentiente Salomone secum in patriam addux- isse plures Sacerdotes Aâronicos, & nobiles de singulis duodecim tribubus, quod astruit Bleu, d. duodecim millia fuisse, referunt Nicolaus Godinus, lib. 1. de *Rebus Abissin.* cap. 7. Marian. Victorius (vel uti alij signant, Marinus Victorinus) ubi dudum, & Ge- nebr. cit. *num. 1.* qui ibidem addit, eorum progeniem esse inclusam intra flumen Sabbaticum, imperio amplo & florentissimo (credat, cui fabula placuerit) etii alij signent ultra Portas Caspias, non Hebraeos Æthiopes, sed captivos decem tribus fluminis Sabbatico detineri: quod etiam videtur voluntarium. *Reliqua Israëlitarum multitudo* (infit Ioseph 11. *Antiq.* cap. 5.) *assuetum iam domicilium noluit relinquere: quapropter due tantum tribus per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem sunt, infinita hominum millia. Quin etiam flumen hoc collo-*

catur ab Adricomio in tribu Neptali, tanquam unum è brachijs Fontis-Hortorum: hic n. 48. clarèque constat ex Iosepho, 7. de *Bell.* cap. 24. Titus (inquit) *conspicit in itinere fœvium cognitione dignissimum: habet autem quodam peculiari miraculum. Nam cum sit, quando fuit, plurimus, neque metu segnis, tamen interpositis sex diebus, à fontibus desin- cians, siccum exhibet locum videre: deinde quasi nulla mutatione factâ, septimo die similis exoritur: atque hunc ordinem semper cum observare pro certo compertum est. Unde etiam Sabbaticus appellatus à sacro Iudæorum septimo die.*

Ceditio bra- ius flumi- ni. Idem.

5 De iplo Principe Melech que non comminiscuntur Abissini? Referunt Sabellic. lib. 3. *Ennead.* 10. Ioannes Bermudesius in *Legation.* Reinrus Reineccius in 21. *Regn. Æthiop. Syntagm. herole.* t. p. Ioann. Barrius, *Decad.* 3. lib. 4. cap. 2. digladianturque vi- cilsim de historia vel fabula Maluend. de *Anti-Christ.* lib. 6. cap. 28. & Pined. de *Reb. Sa- lomom.* lib. 5. cap. 14. §. 8. n. 46. Pro omnibus ergo Damian. Goës. Præter multa alia (in- fit de *Fid. & morib. Æthiop.*) quibus Makeda à Salomone erudita est, leget ac Propbetas didicit: atque in patriam proficiscens, in itinere filium quem ex Salomone conceperat, pe- perit, qui vocatus est Melech, quem ipsa Regina in Æthiopia usque ad vigesimum etatis annum apud se educavit, ac postea ad Salomonem eius patrem remisit, ut ab eo scien- tiam & sapientiam disceret: quæ per literas obsecravit, ut filium Melech coram Arca fœderis Testamenti Domini Regem Æthiopia consecraret, neve ulterius fœmine ius re- gnandi in Æthiopia haberent, ut tunc in more erat, sed ut recto tramite masculi in re- gnum succederent. Melech cum Ierosolymam venit, à patre facillè matris postulata obti- nuit; ac pro Melech vocatus est David: quem iam abundè in alijs discipulis edoctum pater Salomon constituit ad matrem remittere: id quidem cum maiore ornatu, regioque apparatu: ad quod manifestius consociendum comites illi decrevit mittere Aza- riam Principem Sacerdotum, filium Sadoc, Principis quoque Sacerdotum. Quod cum Aza- riam intellexisset, Davidem hortatus est, ut ei à patre impetraret sacrificandi potestatem pro successu itineris, ante Arcam fœderis Domini. Qua re à Salomone impetratâ, Azarias sub- bito tabulas, quas secretissimè potuit ad imitationem Tabularum fœderis Domini, dedolare curat: quibus peractis ad sacrificandum se composit, in ipsoque sacrificio clanculum, at- que mirâ arte veras fœderis Domini tabulas ex Arca surripuit, pro eisq; adulterinas, quas secum portaverat, reposuit: se solo ac Deo confiso. Hæc narratio apud nos Æthiopes san- ctissima & probatissima habetur, ut ex historia ipsius Regis David, que recentissima lectu est, apparet. Ceterùm cum iam David ad fines Æthiopia pervenisset, Azarias eius tentorium ingressus, ei revelat tabulas fœderis Domini apud se esse. Quæ re audi- tâ, subito David ad tentorium, ubi Azarias tabulas fœderis Domini habebat, accurrit; ubique præ nimio gaudio ad exemplum avi sui Davidis, ante Arcam, in qua Tabule erant, incipit saltare; quo à suis viso & re intellectâ, omnes pari modo gaudia & ingentem lati- tudinem celebraverunt. Tandem peragrata magnâ Æthiopia parte ad suam matrem pervenit: Hactenus Goës. Nemo sani incipitis huiusmodi ludicra credit, quantumvis Annales Abissinorum blaterent: etenim tametsi Melech fuisset filius Salomonis, ac in patriam duxisset nobiles cives, suscepisset Hebraicam legem, & in regno statuisset eius observationem; coram Arca sacrificare, in Sancta Sanctorum ingredi, tabulas legis mutare, & secum Aza- riam ad Abissinos ferre; omnino ridiculum, simile tabulis equitum volaticorum. Adhuc Dodif. Sanctium hic à n. 26.

Fabula de Melech fi- lio Regine Saba ex Sa- lomone.

Dam. Goës

6 Quo impulsa studiosa Regina visere Salomonem (estd clareat in Evangelio) patet sub dubio. Baronius, *Ann. Christ.* t. n. 28. asserit Reginarum Saba, que originem trahebat ab Abraham & Cetora, motam fuisse oraculo Balaâm de nascitura stella, & homine inhi- agni regnato super Israël: *Numer.* 24. 17. & cum audisset tantâ Salomonem pollere sa- pientia, arbitrata fuit illum esse promissum sub stella metaphorica, potenteque in domina- tionem virgâ: voluitque frui, comprobareque oculis, quem sciebat præsignatum tot retrò sæculis. Hinc auro, aromatibusque accessit, quia progenitores ita ab Abrahamo instructi: *secundum verba qua tradita fuerant, & qua successivè ad manus Arabum ex Abraham venerant;* subdit ex Rabbinozom Genesi magna Galatin. lib. 3. cap. 3. At, ut constat ex textu Evangelistarum, non alio ducta est, nisi ut audire sapientiam Salomonis, uti dixi- mus, *num. 1.* Ita ergo ut ostenderet divitiis regi sui, magnitudinem, gloriamque poten- tiæ, venit & ingressa est Ierusalem multo cum comitatu, & divitijs, camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis: *Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & oro- mata multa, & gemmas pretiosas.*

Mota in per- reginationem Regina, ex variâinde Balaâm.

Galatin.

3. Reg. 10. 10.

7 En Tautologia. Sed sciendum, an dono hæc nec vel munere dederit? Seu po- tius, *Tom. VI.*

Quid doni & munus? tius, gratis, vel iure? Iurè videtur: igitur ut notavit Pineda d. n. 41. vocantur munera, non dona: munusque est donum cum causa, ut ait Ulpian. de Verbor. significat. noſque ex Donato late, Tom. 3. T. 9. n. 39. Sed unde causa vel ius in huiusmodi auri summam, & cetera dona pretioſa? Ex ſolutione præſtantium propoſitorum ænigmatum. Anigma vel griphus eſt ſermo obſcurus involucriſ contrariarum vocum artiſicioſe contextus, per occultam rerum ſimilitudinem enunciatus: eſt aliquid arbitrentur ænigma duntaxat habere luſum & iocum: griphum autem curam ſubtilitatis & ingenioſum ſtudium. Griphi certè ænigmata dicuntur ab impliciti quodam genere reſtit. quare & in conuuiſijs (ait Gyrald. libell. de Anigmat.) quod eis præcipue uerentur ueluti retibus, ad conuuias obſcuris quaſtionibus captandis, griphos appellabant. Eadem Plutarch. de Pythia Oracul. Aul. Gell. lib. 12. cap. 6. & Cœl. Rhodigin. 18. Leſt. antiq. cap. 4. qui præmium ſolutionis, & multam imperitijs ſignat: Gyralduſque loc. cit. Eſculenti aliquid vel quid ſimile uincenſibus dabatur (ait) uictis uerò ultra ruborem potio muria (Hiſpanicè Salmorejo) offerebatur; qua uo nauſta & ſine reſpiratione eſſet haurienda. Egimus Tom. 4. T. 12. à n. 4. Inter Principes olim inoleuit huiusmodi griphorum luſus, ut reſert Max. Planudes in Aſop. vit. de temporibus Salomonis Dius, ut reſert Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2. ait: Erat Abdemonem adoleſcens qui problemata à Salomone Hieroſolymorum Rege iniuncta diſſoluebat. Abibalo deſuncto, filius eius Iromus regnum excepit. Salomonem ad hunc Iromum ænigmata miſiſſe, ſolutionem eorum poſtulantem: quod cum ille non ualuiffet, magna pecunia multatam eſſe. Deinde per Abdemonem propoſita explicuiſſe, & ipſum alia propoſuiſſe: in quibus ſolomendis cum Salomon hæreret, maiorem etiam pecuniam cum illi remiſiſſe. Si Salomon præcedebat ſapientia ſapientiam omnium Orientalium & Aegyptiorum, eratque ſapientior cunctis hominibus: ut dicitur, 3. Reg. 4. 30. & Eccli. 47. à v. 16. Ethnicus errat: audiat Iosephus ibid. ex proprio Marte: Quaſtiones etiam ænigmatice Tyrius Rex ad Salomonem tranſmiſit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem ſibi omnium eximeret: at ille callens huiusmodi rerum, ac natura prudentiſſimus; nihil inexpliatum relinquebat, & omnia ratione peruincens, & perſeruitatus eorum intellectum, apertiſſimè declarabat. Itaque cùm Hiram ænigmata propoſita à Salomone ſolueri non potuiſſet, grandem pecuniam multam Salomoni pendiffe.

8 Frequens enim inter Principes illis temporibus certamen ingenioſarum quaſtionum. Nicaulis ſapientiam Salomonis audivit, uolensque explorare an fama reſponderet ingenium; uenit tentare eum in ænigmatibus: v. l. & cùm locuta eſſet quæcumque erant in corde ſuo; expoſuit ei Salomon omnia que propoſuerat: nec quicquam fuiſt, quod non perſpicuum ei fecerit. 2. Paralip. 9. 2. Sponſione enim facta in griphorum certamen victa eſt Regina dexteritate ingenij Salomonis: unde particula rationali Ergo, cogitat Pineda, quo ſupr. n. 1. iure, non ex dono Salomoni conuictam Nicaulem obtuliſſe, ſeu potiùs ſoluiſſe ita diuitem multam. Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri & aromata multa nimis & gemmas pretioſas: non ſunt allata ultra aromata tam multa, quam ea que dedit Regina Regi Salomoni. Ratiocinium Pineda in rem arbitror ingenioſam, ſed non uerum: tum quia idem reſertur loc. cit. Paralip. v. 9. cum particula aduerſatiua, ſed non ſignatur muneriſ causa, ſcilicet, ex certamine uictoria: Dedit autem Regi, & tùm quia in Hebr. quam lectionem ſequitur Maluend. non eſt particula rationalis, nec aduerſatiua, ſed copulatiua Et. Dono ergo dedit & præ munificencia dedit, ſicut Salomon retribuit. Rex autem Salomon (dicitur v. 12.) dedit Reginae Saba cuncta que uoluit, & que poſtulauit: multo plura quam attulerat ad eum. Si multo plura dedit Reginae Salomon, & ex iure donum; patet Pineda iudicio, uictum Salomonem in certamine ænigmatum: non concedet Pineda, maxime ſi liberatur tò Quam attulerat. Aſtruit Ioseph. d. Nec contenta (inſit) uerbis indicaffe, quanti Regem faceret, etiam manneribus ſuam erga illum obſeruantiam teſtari uoluit. Viginti enim auri talenta ei donauit, & aromatum uim magne æſtimationis, lapillorumque pretioſiſſimorum.

9 De copia auri & aromatum in Arabia, multi multa dixere, ut mirum non ſit, quod aſſerunt Pineda & Maluend. loc. cit. Reginam ſcilicet dediffe Salomoni ſummam unius millionis & quadringentorum quadraginta millium ex noſtris coronatis, aut ſcutis aureis. Videtiſ Alcazar, in Apocal. uerſigat. 21. de Ponder. & menſur. Alapid. in fin. Pentateuch. Villalp. 3. tom. in Ezech. in Tabul. proport. & Marian. De Sabæorum plaga ita Strabo, lib. 15. Tanta uerò Aromatum copia redundat, ut pro ſarmentis, ligniſque uſtilibus, cinnamomo, caſſia & reliquis talibus utantur. Locupletiffimi ſunt, vario præſtiti apparatu, vaſis aureis & argenteis: nam fores, parietes, tecta ebore, argento atque auro, lapil-

illis, diſſinectis uisuntur ornamentis. Idem Herodot. lib. 3. n. 114. Diodor. Sicul. lib. 3. cap. 12. ſeu n. 105. Plin. lib. 6. cap. 28. qui addit: Sabæi Arabum propter thura clariffimi. Magna enim Regina dona, uerum quota ex copia tanta? Inter munera ſingulare fuit planta baſſami Iudæa ignota. Aiunt etiam (ſubdit Iosephus, d.) quod baſſami plantam, cuius bode quoque ſerax eſt noſtra regio, illius Regina munificencia ferri acceptam oporteat. Genebrard. quo ſupr.: Plantam baſſami dono detulit ad Salomonem, quam & ipſe plantauit in agro Hiericantis. Eam poſtè ſola Iudæa aluit: bode ſola Aegyptus, ubi etiam fertur ſterileſcere. Deſcribit Iuſtin. lib. 36. Formam ſimilem piceis arboribus habent, niſi quod ſunt humiles magis, & in uinearum morem excoluntur. Quo intelligitur illud Cantic. 1. 14. Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Quæ baſſami erant, uti diximus, Tom. 4. T. 1. d. 1. n. 12. & in Ephemered. die 19. Febr.

10 Addidit reliquis muneribus Nicaulis Gemmas pretioſas: quia in Arabia baſſamulatur, autumat Maluend. loc. cit. ex quo Pineda, num. 32. reliquas ex varijs AA. addendiſſe Topazion, Smaragden, Carbaculum, Chryſololum, Hyacinthum, Chryſolampada, Helioctropium, Hamatithum, Sideritum, Draconitem & Margaritas (nucis parua magnitudine; ut ait Herodot. lib. 2. cap. 6. & 8. cap. 20.) Pineda ſignat etiam Adamantem, Onychum, Opalum, Sandaſtron, Aromatrem, Aſpilarem, Selenitem, Cochlidem & Lygidinum. De horum, aliorumque lapillorum conditione, uide Georg. Drauidum, Annotat. in cap. 46. Solin. Rabbini nonnunquam nugantur, dicuntque Gemmas haſ pretioſas fuiſſe Amorrhoorum Nymphas, que occulte iacuerunt uſque in tempus Achab. Unde dicitur: Abominabilis factus eſt, in tantum ut ſequeretur idola que fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſraël. Promiſt, Tom. 4. T. 3. n. 21. dicere hic quamam eſſent Sanctæ Nymphæ dicte idola Amorrhoorum: at aptius audientur huiusmodi nugæ à nugatore Philone Biblio in Antiq.

11 Nos (dixere uiri de Aſer) inuenimus ſeptem ſimulacra aurea, que uocabant Amorrhæi Sanctas Nymphas, & auferentes eas cum pretioſiſſimis lapidibus, qui ſuperpoſiti erant eis, abſcondimus ea; & ecce nunc abſcondita ſunt ſub cacumen montis. He ſunt Nymphæ, que inuocata offendebant Amorrhæis per ſingulas horas opera eorum. Lapidès illi pretioſi erant allati de terra Euilath, in quibus cryſtallinus erat & praſinus & uelut in diatrimo (ideſt, in tres ſpecies) ſculpti modum offendebant. Alius ex his ſculptus erat deſuper; & uelut Chryſopaffus ſtigmatuſ, ita reuicabat ſculptura ſubiaceſcentiſ profundi. Hi ſunt lapidès pretioſi quos habebant Amorrhæi in Sanctis ſuis: quorum pretium ideo inſegradabile erat; quoniam per noctem ingredientibus non erat neceſſarium lumen la-cerna: ita ſplendebat genuinum lapidum lumen: inter quos tamen plus lucebat ille, qui in modum diatridis ſculptuſ de ſetis emundabatur. Nam & ſi quis de Amorrhæis cecus erat; ibat & ponebat oculos ſuos ſuper eum, & recuperabat lumen. Accipient omnia uerba hæc Genez, cum ſcripſiſſet ea in libro, & legiſſet ante conſpectum Domini; dixit ad eum Deus: Accipe uiros & ea qua inuenta ſunt apud eos, & omnia eorum, & pone in torrente Phifon, & combures ea igni. Et dixit Genez: Nunquid & lapidès hos pretioſos comburemus igni, aut ſanctificabimus eos tibi, quoniam non ſunt in nobis ſimiles hiſ? Dixit ad eum Deus: Si Deus accipit aliquid in nomine ſuo de anathemate, quid faciet homo? & nunc ideo accipies lapidès iſtos pretioſos, & omnia que inuenta ſunt in libro: & cùm homines ſic diſponas, lapidès ponas in unam partem cum libris; quoniam non poterit ignis exurere eos: & poſt offendam tibi, quomodo eos perdas: nam hominè & omnia que inuenta ſunt, concremabis igni: & poſtquam concremaverit ignis homines iſtos; tunc libros & lapidès pretioſos, qui non poſſunt igni comburi, neque incidi ferro, neque aqua deleri, ponas eos in uertice montis iuxta nouum ſacrarium, & ego præcipiam nubi, & iens accipiet ros, & mittet ſuper libros, & delebit ea que ſcripta ſunt in hiſ: quoniam non deleantur ex alia aqua, niſi ex ea que non ſeruit unquam hominibus. Poſt eam immittam corſum meum, & comburet libros iſtos. D: lapidibus uerò pretioſiſ præcipiam Angelo meo, & accipiet illos, & iens ponet illos in profundum maris: & mandabo profundo & abſorbet eos, quoniam non poterunt permanere in ſeculo, eò quod contaminati ſunt ab idolis Amorrhoorum: & alij Angulo præcipiam, & accipiet mihi duodecim lapidès ex eo loco unde ablati ſunt iſti ſeptem: quos tu cùm inueneris ſuper uerticem montis, accipiens ponas eos ſuper epomidem (Rationale iudicij, ſeu Peccatorale) contra duodecim lapidès, quos in eremo poſuit Moyses: in logio ſanctificabis eos ſecundum duodecim tribus: ut nō dicas, quomodo ſciam, quem lapidem in qua tribu ponam? ecce ego dicam tibi nomen tribus ſecundum nomen lapidès, & inuenta utraque ſculpta. Poſt hæc uolens Genez experiri, ſi comburerentur.

Tom. VI. S a tur

Ioseph. Genebr. Planta baſſami doniſ Regina Sabæ. Iuſtin.

Maluend. Gemme præſtioſe Arabie Felicit. Pined.

3. Reg. 21. 26.

Que dicte Nymphæ Amorrhoorè.

Phil. Bibl.

tur lapides pretiosi igni; factum est, mox ut cadebant in ignem, exstinguebatur ignis: & cum tetigisset eos gladius, solvobatur ferrum eis (Sic de cæteris præfatis) Surgens Cenez in crastinum, invenit lapides illos duodecim super verticem montis, ubi ipse posuerat illos septem: & sculptura eorum erat talis, ut tanquam oculorum forma designaretur in eis. Ita Philo, signatque primum lapidem, Sardium, secundum, Topazion; tertium, Smaragdum; quartum, Crystallum; similem Carbunculo: quintum, Prasinum, seu Sapphirum; sextum Chrysolitum, diversis distinctionibus signatum: septimum, Iaspidem, vel Ligirium; octavum, Adamanta, vel Amethystum: nonum, Achatem; decimum Chrysolithum: undecimum, Beryllum: ultimum, Onychinum. Adhuc pergit fabula: & Dixit Deus ad Cenez: Accipe lapides istos, & pone eos in Arca testamenti Domini cum tabulis, quas dedi Moysi in Ore: & erunt ibi, quousque exurgat label, qui adificet domum in nomine meo, & tunc ea proponet ante me supra duo Cherubim, & erunt in conspectu meo in memoriam filiorum Israël: & erit cum impleta fuerint peccata populi mei, & coperint inimici potentari domum ipsorum, accipiam lapides istos & illos priores unâ cum tabulis, & reponam ea in locum unde ab initio prolata sunt, & erunt ibi quousque memor sim sæculi: & visitabo habitatores terra, & tunc accipiam & istos & alios plures valde meliores, ex eo quod oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quousque tale aliquid fieret in seculum, & non indigent iusti opera luminis Solis, neque splendore Lune; quoniam pretiosissimum lapidum lumen erit lumen eorum. His dixit Cenez accepit lapides de loco ubi erant positi: & cum tolleret eos, velut lumen Solis infusum super illos: splendebat terra de lumine eorum, & posuit eos Cenez in Arca testamenti cum tabulis, & sunt usque in præsentem diem. Inter Rabinorum nugantia nullum maius mendacissimum mendacium & sine succo. Hæ sunt Nymphæ Amoræhorum, gemmæ pretiosæ à Regina Austrî traditæ Salomoni & tempore Achab inventæ? Vah recutiti! Abite ad corvos.

12. Lapidis pretiosus Nicaulis, non superstitiosus Salomoni gratis obtulit, mirata Regis sapientiam, maxime dexteritatem dissolvendi difficillima ænigmata, & ex tempore exponendi quæ egebant tempore. Inter studia meditata exposuit Regina flores fictitios veris hand ab similes, enixæque petijt, ut Salomon sine tactu & odoratu vel videndo distingueret. Actatum Rex iussit afferre apes, & diserevit à veris simillimos flores. Cedrens quoque sup. & Michaël Glycas in *Annal.* asserunt, Reginam inter alia, quibus Salomonem tentavit, excogitasse fornosos aliquot puctos tam mares, quam femellas, eodem habitu & tonsurâ exhibere coram illo, ut indicaret sexus discrimen: Salomon sine pulvere fecit: aquam adduci iussit, & cunctos, facies abluere: ut se lavabant; qui pueri, quæ puellæ digito Reginæ ostendebat: igitur hæ molliter, illi validè faciem tergebant. Expavit Nicaulis, nec ntrâ habebat spiritum, ut dicitur, v. 5. Iosephusque d. subdit: *Stupebat ad Regis sapientiam, tantò maiorem experta, quàm audierat, & apud Regem ingenuè fassa est.* Omnia, inquit, Rex qua auditu percipiuntur, cunctantibus credere solemus; sed de tuis bonis, quæ vel intra te sunt reposita, sapientiâ videlicet ac prudentiâ, non tam vana fama ad nos peritata est: sed cum esset vera, non respondisse tamen eam tue felicitati, nunc præsens video. Brevi enim expressit amplioem Salomonis enconium. De Numa in eius *Vit.* Plutarch. *Divino quodam fato in eodem animus Philosophicis, atque potentia Regia: nam profectò & ipsum eâ virtute præditum Regem, beatum fore, & omnes qui sermones ex eius ore exeuntes audiunt.* Plaut. in *Trinum.* Act. 4. scen. 1. à v. 3.

Ut volui, usus sum: hanc tuam gloriam iam antè auribus acceperam. Laudo. Scis ordinè, ut æquum est, tractare homines. Plutarch. in *Vit. Marij*, inquit *Fama ingens exorta est, adeo ut fidem Romani principio non haberent: paulopost minor fama veritate comperta est.* Ovid. *Epist.* 15. v. 35. Ante tuos animo vidî, quàm lumine cultus: Prima fuit vultus nuncia fama tui. Supereminabant Salomonis animi dotes, atque sapientiâ superabat sapientiores Reges: hinc minus vero, ut ait Martial. *Spectacul.* Epigram. 5.

13. Inter dona igitur magnifica, diximus, Salomoni donasse Nicanlem gemmas pretiosas. Cur autem signet Scriptura pretiosas, quas præmiserat gemmas: nostrum erit proprium. Gemma dicitur guttula lucida: unde omnis lapis pretiosus, qui lapillus, quoniam in similitudinem guttule splendentis, dicitur Gemma. Plin. *lib.* 18. cap. 7. *Rotunda in modum gemma.* Non omnis guttula lucida gemma est, nec gemma est guttula: sed cum sit

Idem.

In quibus Regina tentaverit Salomonem?

Ioseph. Excellentia sapientia eius.

Plutarch. Fimam vitæ.

Plaut.

Plutarch.

Ovid.

Martial.

3. Reg. 10. 10. Quid gemma pretiosas Plin.

fit in guttula figuram splendide concreta; dicitur gemma, & pretiosa, quippe rutilæ. Sicut gemma metaphorice à guttulis, ita quælibet in formam guttularum splendentium à gemmis. Martialis de oculis in cauda Pavonis, *lib.* 13. *Epigram.* 70. succinit:

Miraris quoties gemmatas explicat alas.

Idem, *Imitantes gemmas:* ait Romicius Calder. & de gemmis propter fulgorem, Petronius in *Saty.* fol. 2. 1. *Car.* 6. *Smaragdum, aquam viridem, pretiosum vitrum, ignes lapides.* Quare hic pretiosum sumendum pro singulari, peregrino & raro.

14. Acceptio testimonijs alfruenta. 1. Reg. 3. 1. *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis:* idem, *Hebr.* Caietan. & Maluud. *Carus, Charus, Ferrarus.* Diximus *Tautolog.* 2. n. 4. Hæc significatione, 3. Reg. 5. 17. dicuntur lapides pretiosi in fundamentum templi. Pretiosi, pro *Singulares*, peregrini spectabilis coloris. Quapropter 1. Paralipom. 29. 2. *Lapides diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & (pro Idest) marmor Parium abundantissimè.* Dicuntur lapides pretiosi, qui in templi fundamenta iacti, quia in honore & pretio erant, summæque æstimationis illa lapidicina ob singularitatem, vel ob similitudinem cum lapide Pario propter candorem. Ioseph. loc. cit. *Ex lapidibus (inquit) candidis, firmisissimis, viginti quinq; cubitorum in longitudinem, octo in altum, latitudine verò cubitorum duodecim.* Ampliusque elucet, 3. Reg. 7. 10. ubi *fundamenta de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem, sive octo cubitorum: & desuper lapides pretiosi aequali mensura.* Quo constat, lapides pretiosos vocari, qui singulares, exquisiti & sumptuosi. *Homer.* 10. *Odys.* v. 40. *Multa pretiosa pulchra ex Troia præda.* Hoc est, singulari æstimatione digna. *Petron.* d. fol. 8. *Pretiosissimam vestem, pro singulari:* & loc. cit. eadem acceptione *pretiosum vitrum.* Nimirum, exquisitum; quippe nec fragile, nec frangibile, sed flexibile ut metallum. Quare inquit: *Faber fuit, qui vitrea vasa fecit tenacitatis tanta, ut non magis quàm aurea vel argentea, frangerentur.* Elucet modò sensus Tautologia. Pretiosum dicitur adhuc inter pretiosa, quod singulare, vel specialis pretiositatis. Sic gemmæ pretiosæ propter raritatem speciei inter pretiosa: ideo, 2. Paralip. 9. 9. dicitur: *Gemmæ pretiosissimas.* Arab. *Genus gemmarum præstantissimum:* magno scilicet pretij ex qualitate, quæ dos dicitur à Piinio, *lib.* 9. cap. 35. Laudantur non tam gemmæ, quam species vel genus gemmarum propter momenta splendoris, quæ in lapillis dicuntur gradus, in auro præmia. *Hispanicè, Fondos:* in auro *Quilates:* quo sensu dicitur, 1. Paralip. 29. 4. *de auro Ophir.* *Psal.* 71. 15. *de auro Arabia:* idem de auro optimo & maximo, uti 3. Reg. 10. 16. & 21. dicitur: *de auro purissimo.* *Genes.* 2. 12. *Aurum terra illius optimum est.* Nulli dobjum, aurum esse pretiosum: pretiosumque dicitur aurum, cuius nobile pretium & summum. Haud fecis de gemmis: pretiosæ utique: sed quæ pretiosissimæ propter raritatem inter lapillos, dicuntur gemmæ pretiosæ. *Iuvenal.* *Saty.* 13. v. 38. *Gemmaque princeps.* *Homer.* 11. *Odys.* v. 325. ait: *Aurum pretiosum:* Plautusque ut in pretiosis signaret singulare pretium; in *Epidic.* Act. 1. scen. 2. *verf.* 17. inquit: *Pretio pretioso.*

15. Non alia de causa apud Siracidem: *Theauri pretiosi.* Non dicuntur pretiosi, quasi alij sine pretio, alij pretiosi thesauris sed quia divitiæ illorum multe, vel sine numero præ multitudine divitiarum. Ita hyperbolice 3. Reg. 10. 21. & 27. *Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis: fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum.* Quare textus exponendus de opibus tam quantitate, quàm qualitate: extensivè, copiosâ multitudine; & intensivè ex rerum pretiositate; quod varijs Pallogijs explicat Ethnicis. *Tacit.* de *Orator.* cap. 8. *Divitiæ & opes.* *Homer.* 1. *Iliad.* v. 170. *Divitiis & opes.* 6. *Iliad.* v. 14. *Dives opum.* Imitatus est Hellenismum *Virgil.* 2. *Georgie.* v. 468. & 1. *Aeneid.* v. 18. *Plaut.* in *Curcul.* Act. 1. scen. 3. v. 22. *Divitiis divites.* Estò ab aliquibus divitiæ dicuntur quoad usum, opes quoad magnificentiam; frequenter accipiuntur pro copia efformante thesaurum, quippe præ copia in additis usum citra reponuntur. Unde *Virgil.* loc. cit. *Variarum dives opum.* *Euripid.* in *Ion.* v. 531. *Anpliarum dives opum.* & *Sophocl.* in *electra.* v. 9. *Multo auro abundantes.* Quare si divitiæ, quia multe; opes, quia pretiosæ; thesauri pretiosi dicuntur, qui non solum constant divitiarum multitudine, sed opum pretiositate: qua de causa ubi opulentia sine numero, dicitur thesaurus. Thesaurus hic non sumitur pro occulto divitiarum deposito sine domino, ut apud Iurifconsultos cum Paulo, leg. *Nunquam, de acquirend. rer. dominio,* ex illo *Virgil.* 1. *Aeneid.* v. 363.

Thesauros ignotam argenti pondus & auri.

Sed de divitijs occultis, quæ in usu non sunt, & reponuntur ad usum. *Quos thesauros* *Virgil.*

Martial. Pro re lucida.

Pretiosum pro raro, singulari, & peregrino. Et pro idest.

Ioseph.

Et est exquisita. Petron.

Plin.

Eccli. 41. 15.

Hyperbole.

Discrimen opum & divitiarum.

Quid thesaurus pretiosus.

Virgil.

Quid thesaurus.

Aul. Gell. *Græco nomine* (ait Gell. lib. 2. cap. 10.) *Priscos Latinos Flavissas dixisse, quod in eos non rude est, argentumque, sed flatu, signataque pecunia conderetur.* Ita res occulta vel in Sacris dicitur thesaurus. Iob 38. 22. *Nunquid ingressus es thesauros nivis?* Quod expressit, cap. 20. 26. *Omnes tenebra abscondita sunt in oculis eius.* 4. Reg. 20. 15. *Nihil est, quod non monstraverim eis in thesauris meis.* Hebr. *Ex oculis.* Apè ingeniosique Aristophanes in *Perf.* dixit *Theaurum lacrymarum:* etenim ut observavit Plin. lib. 11. cap. 37. *Quis ille humor in dolore tam fecundus & paratus? Aut ubi reliquo tempore?* In hunc sensum expositio thesaurorum pretiosiorum: quasi honor & fama præ multis pretiosissimis thesauris.

16 Dicit textus: *Curam habebat de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.* En quod commendat thesaurum, copia scilicet & pretium: & cum fama super omnia, æstimanda honoris nominis pretiosissima auctoritas super multas atque pretiosas divitias. Copia potest esse, sed artis vel plumbi: etiam pretiositas, sed numeri haudquaquam ampli: at nominis honos debet ambiri super multos atque pretiosos thesauros: super aurum & lapidem pretiosum multum. *Nimis* legit Hieronym. *Epist.* 14. *Multum* in numerum, *Nimis* in pretium: lapis pretiosus in valorem & æstimationis gratiam; aurum in divitiarum sine computo copiam. Id est super cuncta magna & æstimabilia: igitur etiam in lapillis atque metallis sit pretium, dignitas nominis ducenda super aurum & topazion. *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multa.* Maluenda. *Quam thesauri auri magni:* hoc est, super omne pretiosum; quoniam aurum cunctarum divitiarum compendium. Plaut. in *Mosell.* A. 1. scen. 3. v. 71. *Publ. Syr. Mymor.* v. 2654 & Dionys. Cato in *Monofich.* lib. 2.

Si bonam famam mihi servassero, sat ero dives; honesta fama alterum est patrimonium. Omnia si perdas, famam servare memento.

In honore veræ divitiæ, cuius verum iure pretium, & cuius respectu ducenda nihil pretiositas divitiarum; quippe maioris momenti, quam thesauri & thesauri magni & pretiosi.

17 Dissolvi possunt Idiotismi tam Hebraicus, quam Græcus per Exergasiam, Hendiadym, & Hypallagen. Ephes. 4. 19. *In operationem immunditiae.* v. 22. *Secundum desideria erroris.* v. 24. *Sanctitate veritatis.* Hoc est, veritate sanctitatis, & sic de reliquis Vide alia testimonia Tom. prior. & apud Alap. *Canon.* 24. in Pentateuch. Apud Profanos usquequaquæ schematis usus. Ovid. 1. *Fastor.* v. 57. *Nonarum tutela Deo caret:* id est, Nonæ carent tutela Dei. 11. *Metam.* fab. 9. *Induere arma viros.* Quo patet in textum. *Hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni:* nimirum, fama nominis plus quam pretiositas & magnitudo eximia thesaurorum. Hendiadys est figura, quæ res unica dividitur in duo vel plura; de qua sæpe egimus. Genes. 1. 14. *Ut sint in signa & tempora & dies & annos:* putâ, in temporum, dierum & annorum signa. Cap. 3. 16. *Multiplicabo arumnas tuas & conceptus tuos:* scilicet, arumnas conceptuum tuorum. Plaut. in *Pseudol.* A. 2. scen. 1. v. 5. *Copias, dolos, perfidias:* pro copiam perfidiarum dolosarum. Virgil. 5. *Æneid.* v. 366. *Velatum auro, vittisque iuvenco:* videlicet, vittis aureis. Idem v. 399. *Precio indutus, pulchroque iuvenco.* Ita dum dicitur *Thesauro pretiosi & magni:* intelligendum, nomen inclutum pluri esse magnitudine atque pretiositate thesaurorum: q. d. præ amplissimis opibus. Exergasia est expositio sententiæ ut per extensionem clarior fiat, varijs iterata vocibus. 2. *Paral.* 9. 9. *Aromata multa nimis.* Rom. 3. 2. *Multum per omnem modum.* Hebr. 1. 1. *Multifariam, multisque modis.* Quod quidem frequens Hellenismus usurpatus etiam à Latinis AA. unde in nostrum Tautologiæ propositum regerunt voces seu verba idem significantia. Synesius *Hymn.* 1. v. 17. *Acervos custodiat opum aureas divitiarum.* Homer. 16. *Iliad.* v. 589. *Opibusque, divitiisque.* 14. *Odys.* v. 206. *Fortunisque, divitiisque.* Virgil. 2. *Georg.* v. 224. *Insula dives opum:* & alia, videnda n. 15. Totum profectò in expressionem ampliarum æstimabilium divitiarum: quare cum divitiæ inter bona Fortunæ summum sint: ut explicet Siracides nomen bonum ultra summum, æstimandum monet supra mille thesauros magnos & summè pretiosos. Divitiæ aliquando usurpantur pro copia. *Divitiis uber agri.* Idem, 7. *Æneid.* v. 262. & lib. 9. v. 26. *Dives equis, aures pictas vestis & auri.* Ovid. 5. *Fastor.* v. 263. *Si bene floraverint segetes, erit arca dives.* Interdum accipiuntur pro gloria. Tit. Liv. lib. 7. *Decad.* 4. *Dives gloriosa victoria.* Virgil. 2. *Georg.* v. 224. *Dives erat Capua.* Aliquando pro copijs militum, sive valido exercitu. Ennius in *Askill.* ait: *Nitentur opum vi.* Virgil. 8. *Æneid.* v. 171. *Opibusque iuvabo.* Id est, mi-

Pro re occulta.
Plin.
Nomen bonum super omnia bona.
Hieronym.
Prov. 22. 1.
Plaut.
Publ. Syr.
Cat.
Hypallage.
Ovid.
Hendiadym.
Plant.
Nirgil.
Exergasia.
Divitiæ pro gloria & rerum copia, militiarque.

licibus: ait hic Servius, & La-Zerd. in huiusmodique acceptione intelligit, & non abs re; Maluend. illud Psalm. 75. 6. *Viri divitiarum.* Sive pro gloria thesauri opum accipiuntur, sive pro copia divitiarum; gloriosus æstimandum nomen bonum: equidem si pretiosa & multe divitiæ conciliant inter fatijs beatitudinem, fama nominis ultra opum acervos & horum pretiositatem.

18 In delicationem testimonij Habacuc multa præmittenda. In divitiis propendet totum genus humanum; unde verum illud Tacit. loc. cit. n. 15. *Divitiæ & opes: quas facilius invenies qui vituperet, quam fastidiat.* Olim in cultu terræ divitiæ erant, ut ait Isidor. 17. *Etymolog.* cap. 2. *Liquet 1. Reg.* 11. 5. *Saul veniebat sequens boves de agro.* Etiam Iob, qui dicitur vir magnus inter omnes Orientales, in pecoribus habebat opes (unde nomen Pecuniz) cap. 1. 3. *Quid inter exteros? Operæ præsum est audire* (inquit Liv. lib. 3. sect. 81.) *qui omnia præ divitiis humana spernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant esse, nisi ubi effusæ affluunt opes. Spes unica Imperij P. R. L. Quintilius: trans Tiberim quatuor iugerum colebat agrum. Ibi à legatis seu fossam fodiens bipalio innoxius, seu cum araret, operi certè agrestis intentus, salute datâ, reddiditque.* Ovid. 1. *Fast.* à v. 204.

Iura dabat populis postto modò Prator aratro: Pascebatque suas ipsa Senator oves.
Ovid.
Idem Propert. lib. 4. *Eleg.* 1. à v. 11. *Illi prædivites* (ait Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4.) *qui ab aratro accensebantur, ut Consules fierent: imò quos pericula Republicæ Imperatores accensebant, angustia rei familiaris bubulos fieri cogebant.* Iare inquit Plin. lib. 18. cap. 3. *Quenam ergo tanta ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, gaudente terrâ vomere laesreato & triumphali aratore: sive illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus omnia letius proveniunt; quoniam & curiosius fiunt.* Subtipe & ex agris Senatuum Ducefque accensebantur.

Nullaque mortales præter sua littora norant, Semina tum primum longis Cerealia sulcis Obruta sunt, præstique ingo gemuere iuveni.
Ovid.

Succinit Ovid. 1. *Metam.* fab. 3. & 4. Plura congerit Plin. loc. cit. de pluribus: Dalecamp. hic, Varro & Columell. de *Re rustic.* hic, præfat. in lib. 1. ille, lib. 2. cap. 1. Ex Sacris Philo de *Agricole*, & 1. de *Vita Moys.* Basl. Homil. 26. de S. Mamant. Ambros. lib. 1. *Epist.* 4. Clem. Alex. 1. *Stromat.* & fuse Abulensi, quælibet. *Quod Principi non sint indigne rurica cura.* Hi mores antiqui. Ergo tantus ille vir (inquit Halicarnas. *Antiq. Rom.* lib. 5. cap. 38. de Valer. Publicola) *qui cum tribus alijs præcipuis patritijs Reges expulit, eorumque bona concessit populo, quater Consul & victor duobus bellis maximis, utroque triumphum meritus: cum tot habuisset paranda pecunia occasiones inestas & honestas omnium iudicio, non est captus à dominatrice omnium atque corruptrice avaritia: sed contentus parvo patrimonio, nullis obnoxius cupiditatibus vitam exegit: satisque declaravit omnibus, divitem esse non qui possideat plurima; sed qui paucissimis opus habeat; cuius eximia perpetuæque frugalitatis certissimam fidem facit inopia que post eius obitum apparuit.* Modò in contraria cursus rationalium: igitur non solum ambiunt divitiæ in necessarium usum, sed in futilem magnificentiam, luxum & fastum, quo Roma imperium perdidit, dum frugalitate incumbenter acquisivit. Queritur Livius, lib. 1. sect. 5. *Quantò rerum minus, tantò minus cupiditatis erat: nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi, perdendique omnia innoxere.* Ovid. 1. *Fastor.* à v. 195.

Tempore crevit amor, qui nunc esse summus, habendâ; Vix ultra quò iam progrediatur, habet. Creverunt & opes & opum furiosa cupido: Et cum possideant plurima, plura petant. Querunt ut absument, absumpta requirere certant; Atque ipsæ vitij sunt alimenta vices. Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda, Quò plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.
Ovid.

19 Iurè à Vate dicitur *Furiosa cupido:* sibi nocet. *Cupiditas Consul. Crasti dum Parthico inibat auro* (ait Florus lib. 3. cap. 11.) *ipsius Capite multa est. Caput eius recisum ludibrio fuit neque indigno: aurum enim liquatum in ricium oris effusum est.*

Tacit.
Olim opes non aurum & argentum.
Tit. Liv.
Agricole Reges & Magnates Plin.
Halicarnas.
Avaritiâ cuncta subversa.
Tit. Liv.
Eius insatiabilitas.
Luc. Flor.
Nec suppletur ciji respiciunt.

Plin.

ut cuius animus arserat auri cupiditate, eius etiam mortuum exanguis corpus auro ureretur. Addit Plin. lib. 33. cap. 3. Mithridates Aquilo Duci capto atrum in os infudit. Hæc parit habendi cupido. Hæc paulatim exarsit rabe quadam: non iam avaritia, sed fames auri. Idem accidit Burchæ cuidam Hispano, & Duci Valdiviæ quos auro Indi onerarunt, auri. Idem accidit Tarpeïæ virginis Vestali proderenti Capitolium Tatio Sabinorum Regi: ait Plutarch. in Romul. Tiraquel. 3. leg. connab. n. 25. & leg. 9. n. 114. Halicarnass. lib. 2. cap. 23. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 6. metricèque Propert. lib. 4. eleg. 4. Brennus Senonum Dux Ephesum cum obfederet, Demonica femina avida monillum, quibus Rex ornatisimè superbeque incedebat, illi urbem prodidit. Tum Brennus tot monilibus, auroque illam oneravit, ut pondere rumperetur. Rhodig. lib. 8. cap. 14. & Textor. 5. Offic. cap. 43. Appositè Virgil. 3. Aneid. v. 464.

Dona debinc auro gravia.

Virgil. Singularis casus.

Quidam sese suspendere cum voluisset, funem secum attulit, & cum arborem quæreret, & ascendisset, massam ibi auri infelix felix invenit, ibi funem reliquit, & abiit. Qui aurum in arboris cavitate absconderet, summam quærere, & cum non invenisset, fune relicto sese pensilem fecit. Ludicè Plato apud Diogen. Laërt. lib. 3.

Aurum qui reperit, laqueum abiicit: alter amisso Auro, collo aptat quem reperit laqueum.

Plat.

Vita in fuga ditiorum.

Hand aliud in vitam potuit invenire Midas effugium, quam relinquere aurum. Floridè Ovid. lib. 11. Metam. fab. 3.

Fuiste per ritus aurum fluitare videres: Atonitus nocitate mali, divesque miserque Effugere optat opes, & quæ modò voverat, edit. Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur Urat, & invisio meritò torquetur ab auro.

Ovid.

Idem refert Plutarchus de uxore Pythij (quem inter orbis ditiores numerat Maiol. Tom. 1. Colloq. 19.) libell. de Virtut. Mulier. num. ultim. Aristippus nisi reliquisset aurum, perijisset in Libya. Ita Laert. in eius Vit. Petr. Victor, lib. 8. cap. 18. & Horat. 2. Satyr. 34 vers. 99.

Quid simile isti Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum. In mediâ insitit Libya, quia tardius irent Propter onus segnes?

Horati

Quantus labor avari

20 Quisnam labor aqualis ambientis? Ubi requies, dum etiam in gaudijs irrequiescitur?

Perf.

Insit Perseus, Satyr. 5. v. 133. & Horat. 2. Satyr. 1. à v. 38.

Horat.

Cum te neque fervidus æstus Demoveat luero, neque hyems, ignis, mare, ferrum Nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter? Quid iuvat immensum te argenti pondus? & auri Furtim deserta timidum deponere terrâ?

Senec.

Seneca Epist. 115. in rem nil ultra. Nulla enim (ait) avaritia sine pœna est, quævis satis sit ipsa pœnarum. Ibid. colligit varias Comicorum sententias.

Idem.

Ubique tanti quisque quantum habuit, fuit. An dives omnes querimus: nemo, an bonus? Quis habere nobis turpe sit, queris? Nihil. Aut dives opto vivere, aut pauper mori. Bene moritur, qui dum moritur lucrum facit. Unde habeas, querit nemo, sed oportet habere. Sine, me vocari pessimum, ut dives vocer.

Ex Horatio decerpit Stoicus: equidem Satyr. proximè cit. à v. 64. succinçit

Horat.

Quidam memoratur Athenis Sordibus ac dives, populi contemnere vocer, Sic solitus. Populus me sibilat, at mihi plaudo Ipsi domi, simulac numos contemtor in arca.

Videris infelicitatem. Celebris est Hæmocratis quinsdam historia (inquit Reyes-Franco quaest.

quaest. 19. n. 14. Camp. Elys.) moriens se ipsum heredem bonorum suorum scripsit: summè iam egrotans calculabat, quantum Medico dandum esset, quantum sibi restaret, & quantum in morbo absumeret: ac nimium esse reputans: Praestat mori, inquit: atque ita heredibus amplius quod raperent reliquit. Similis est alia Critonis: qui cum stomachi cruciaretur dolore, numismate, & non pulegio, aut alius medicamenti odore, seipsum resiciebat. Ultra processit, qui sine testamento se sui heredem instituit: equidem ut ait Athenæus, lib. 4. cap. 11. morti proximis, devoratis non paucis aureis, mori tam denum voluit. Addit Lævio. Torrent. in Satyr. 3. lib. 2. Horat. v. 100. Similis & ille qui quos habebat aureos, tunica insui insuit, eaque inântus sepeliri.

Eligit prius mori, quam quid expenderet. Reyes. Hæmocras ce. lebris.

21 Quid excogitari potest acrius, in tyrannidem affectus? Pub. Syrus in Mimis, à Lav. Tor. v. 199. verè notat.

Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu? In nullum avarus bonus, in se pessimus. Avarus ipse miseria causa est sua. Avarus nisi cum moritur, nil resti facit.

Subl. Syr.

Hinc luculentè dictum: Parcus est porcus. Offendant porci viventes, profunt occisi. Florent. Schoönhovius graphice Embl. 42. propositum deseribit, & Camer. Centur. 2. Emblem. 49.

Parcus est porcus

Immunda pecudes Sues, pigroque Semper implicita luto, ac sepulta. Non profunt nisi carnibus perceptæ; Sic queis pectora fascinat aurum, Aeternum moad grunniunt, suosque Acer vos tenues nimis queruntur; Donec post sua fata dignioris Herediti succiant, alantque luxum.

Florent.

Ira vivunt invis: nec amant quemquam, nec amantur ab ullo. Optimè Horat. loc. cit. v. 84. & 2. Satyr. 3. v. 82.

Invisus est illi.

Danda est ellebort multò pars maxima avaris. Non axor saluum te vult, non filius omnes Vicini oderunt, noti pueri, atque puella.

Horat.

O summa infelicitas! Facultatum curam gerunt, contemplantes bona propria, quin ullam utilitatem percipiant, quasi bona essent aliena. Sic enim portantur in infernum curru avaritiæ quatuor equis tracto, pusillanimitate, inhumanitate, contemptu Deitatis & oblivione mortis: uti ait Bernard. Serm. 39. in Cantic. n. 9. Ingeniosè Farnian. Strada, lib. 2. Prolog. 6. Academ. 2.

Curru avaritiæ.

Aurumque per omnia quarunt, Et sceleris quarunt, mortisque per omnia causata; Tunc verò hæc oculis involumenta malorum Abduxit Natura parens, & in intima terre Viscera contraxit, Mansque revocavit ad imos; Sed tamen hæc quoque descendit furiosa cupido, Abditâ rimatur, terramque eviscerat omnem. Scilicet indignata homini Natura, Quis ultra Finis erit? dixit. Tellus exhausta metallis Antè gemet, quam dira fames saturata quieteat.

Farn. Strad.

22 Haud supervacue Ovid. 1. Metam. fab. 4. dixit Opes irritamenta malorum; igitur fomes cunctarum iniquitatum. Nulla profectò astutia, nulla fraus, dolus nullus, nullumque mendacium, quod lucri causa non excogitetur à cupidis. Plaut.

Ovid. Cur opes fomes malorum

Animis avidis & insatiabilibus non lex. In Aulul. Act. 3. scen. 5. v. 13. & Claudian. 1. in Rufin. v. 37. & 1. in Eutrop. v. 229. Imque oblitâ sui, nec sobria divitijs mens In miserâs leges, hominumque negotia ludis. Fœdæque Avaritiæ complexa pectora matris, Insomnes longo veniunt examine Cura.

Plaut.

Claudian.

Unde Tacitus 1. Hist. cap. 51. inquit Praut opulentiâ civitatibus erat, illi insens: expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo, secundam avaritiam & arrogantiam, præcipua validiorum vitia. & lib. 4. cap. 74. Penes Tom. VI. T. quos

Tacit.

Sophocl. quos aurum & opes præcipue bellorum cause. Sophocl. in *Antigon.* v. 301. Argentum. Hoc docet, & immutat mentes
 Bonas ad turpia negotia mortalium;
 Malitiamque ostendit hominibus habere;
 Et totius operis impietatem scire.

Lucreti. Denique avarities, & honorum cæca cupido
 Quæ miseros homines cogunt transcendere fines
 Iuris, & interdum socios scelerum atque ministros
 Noctes atque dies niti præstante labore
 Ad summâs emergere opes.

Canit Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 59. quem sequuntur Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 218, & Petron. *Carmin.* 19. v. 40.

Iuvenal. Falsus erit testis, vendet periuria summâ
 Exigua, & Gereris tangens aramque pedemque.
 Ad prædâ, strepitumque lucri suffragia vertunt;

Petron. Nec minor in campo furor est, emptique Quirites:
 Venalis populus, venalis caria Patrum,
 Et favor in precio.

Senec. Hæc ipsa res (inquit Seneca, *Epist.* 115.) tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus
 Avaritia & iudices facit pecuniis, quæ ex quo in honore esse cepit, verus rerum honor cecidit: merca-
 toresque & venales invicem facti, quarimus non quale sit quid, sed quanti. Ad mercedem pij
 sumus, ad mercem impij. Haud aliter,

Virgil. Quæ divitijs soli incubere reperitis.

Lucan. Ut ait Virgilius, lib. 6. *Æneid.* v. 610. & vivide Lucan. lib. 10. *Pharsal.* v. 149:
 Ille nefando
 Marte paratus opes mundi quævisse ruinâ.

Cuncta completur Claudian. 2. de *Land. Stilicon.* à v. 112. cuius gnomas roborat Caspat
 Barthius exemplis.
 At primùm scelerum matrem, quæ semper habendo,
 Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
 Tradis Avaritiam: cuius sædisima nutritæ
 Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum
 Excubat, & pretijs comæcia possit honorum.

Ecclesi. 10. 19. 23 Impotens utique divitiarum appetitus, quia Pecunia obediunt omnia. Clausum
 possidet arca Iovem.

Horat. Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
 Divitijs parent: quas qui construxerit, ille
 Clarus erit, furtis, insidus, sapientia, etiam & Rex,
 Et quicquid volet.

Modulator est Horatius, 2. *Satyr.* 3. à v. 95, qui sumpsit ex Menandro (ut observat Stobæus,
Serm. 89.) accinent:
 Ego utiles Deos esse arbitror,
 Maxime argentum & aurum.
 Istos quidem si dedices domi,
 Quicquid voles, roges, bona aderunt;
 Agor, domus seroci, argyromata,
 Testes, amici, iudices: tandem dato
 Ipsos habebis vel ministrantes Deos.

Menaad. Potentes cupiunt esse homines, & liberi à legibus, quo potiuntur auro & argento Numi-
 nis. Nullus enim magni sceleris labor: ait Iuvenal. quò dudum, si ex auro, vel vitijs de-
 cor. Nullus de legibus metus est (inquit Cyprian. *Epist.* 2. ad Donat.) de quaestore, de iudice
 pavor nullus. Quod potest redimi, non timetur. Ideo Pecunia ut Dea habita: de quo vi-
 detis Senec. de *Provident.* cap. 5. Cæli. Rhodigin. lib. 2. 1. cap. 34. & Augul. 4. *Civit.* cap. 2 I.
 Ita Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 112.

Iuvenal. Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum
 Maestas.

Namina Quapropter simulachra Numinum apud Phœnices crumenis ornabantur, ut observat ex
 Cœno Causin. lib. 2. *Symb.* 1. iuxta pecunias Numini conciliabatur maestas. Ludat iocossi-
 simè Ovven. lib. 3. post. *Epigram.* 92. iniquis;

Solus Dii Deus est, Dites Dii, Namina Numi:
 Cum plausu loquitur Pluto, tacetque Plato.

Orvus

Si avaritia est simulachrorum servitus, servitque idolo, qui servit auro; profectò Dea Pecunia, quam venerabantur Prisci, cordis idola. Constat ex Osea, 12. 8. ubi dicit Ephraim; Dives effectus sum: inveni Idolum mihi. Ad Maluend. de *Anti-Christi.* lib. 8. cap. 14.

24. Ut huiusmodi calamitatum cohortem à se accerent, & precio pretium non da-
 rent; usum pecunie plures Reipublice inter cives inhiberunt, quietem cuctorum sta-
 tuentes mercium permutatione, ut ait Plin. lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3. vel moneta
 metallorum experte, uti notavit Draudius in cap. 62. Solini. Nullus alius præter cobleâ-
 rum marinarum loco pecunia usus est. *Fœmella* (inquit) masculi sunt pretiosiores, quia
 lucidiores, & visus iucundiores, & ita in regiam thesaurum condunt; unde maximus
 Regis census: nullo enim argento, neque auro, neque alto quopiam metallo, sive signa-
 to, sive non signato, sed solis hisce cobleis in suis mercimonijs, imò in omnibus vita ne-
 cessarijs emendis utuntur: ita ut ipsum etiam aurum & argentum sui ematur. De *Esse-*
nis ait Plin. lib. 5. cap. 17. Sine pecunia vivere. Solin. cap. 20. *Satarche* (inquit) usus
 auri, argentique damnato, in æternum se à publica avaritia abdicarunt: additque, *Syr-*
pbæ in Scythia esse custodes auri, velut genitos ad plebendam avaritia temeritatem. Cap. 56.
 de Rege *Tapobranes* Insula, inquit: Stupescit pecuniam. Cap. 33. *Macrobij* iustitiam col-
 lant, amant aequitatem, plurimum valent robore, præcipua decet pulchritudine, ornan-
 tur ere auro vincula facient noxiorum (aliqua diximus, *Tom. 3. T. 9. D. 4. n. 6.*) & cap.
 58. *A Sufis* Babytace oppidua, in quo mortales universi, odio auri cõmunt hoc genus
 metalli, & abijciunt in terrarum profunda, ne pollati usui eius, avaritia corrumpant
 aequitatem. Idem Plin. lib. 6. cap. 17. *Ioann. Boëm.* lib. 1. de *Morib.* Gent. cap. 4. ex *He-*
rodot. refert, *Æthiopes* ita aurum odio habuisse; Ut *Cambyses* legati ad profecti, fontes
 viderint aureis catenis in custodia vinclos. Idem videris apud *Pompon.* *Melam.* 3. de
Sit. orb. cap. 9. & *Dion. Chrytom.* *Orat.* 79. *Morem* referunt & *Terullian.* de *Habit.*
muliebr. cap. 7. & de *Cult. femin.* cap. 10. *Apud Barbaros* (ait) quosdam auro vinclos in
 ergastulis habent, & divitijs malos onerant: tantò locupletiores, quantò nocentiores. Ali-
 quando inventum est, quomodo & aurum non ametur. Quamquam & aurum ipsum cuius
 vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt *Gentiliam litera.* & *Clemens*
Alexandr. 3. *Pedag.* cap. 11. *Quæ aurum* (inquit) gestant, mihi videntur timere, ne si quis
 aurum ab eis abstulerit, existimentur ancilla, ut qua non sint ornata. *Quæ aureis catenis*
sepe illigat & exornat, nescit, quantum se criminum adstrictam fateatur Vide selecta
 apud *Durant.* 2. *Variar.* cap. 13. & *Theodor.* *Canter.* 1. *Lecl. Var.* cap. 5. *Apud hæc* gentes
 qui fontes, plectuntur divites, & divitijs plectuntur; ne per divitias corrumpantur leges.
 Hinc in supplicium *Ierusalem* dicit *Dominus*: Ecce ego suscitabo super eos *Medos*, qui ar-
 gentum non quarant, nec aurum vellint. Salvarentur delinquentes, si prævalerent opes.
 Nam ut dicit *Iuvenal.* *Satyr.* 14. v. 178.

Nationes
 degenti sine
 mensta int-
 tallica.
 Georg.
 Draud.

Solini.

Ex auro
 vincula no-
 xorum.

Ioan. Boëm.

Tertall.

Clem. Alex.

Isai. 13. 17.
 Pecunia le-
 gum legilla-
 tris.

Iuvenal.

Et quæ reverentia legum,
 Quis metus, aut pudor est unquam propterantis avaritæ

25. Hæc omninò necessitòque præmissa in expositionem Tautologiæ Habacuc. Ita
 Propheta: Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ; ut sit in excelsu nidus eius,
 & liberari se putat de manu mali. Si avaritia est pravus affectus, uti quarumlibet re-
 rum insatiabilis inhonestè cupido, & habendi atque habendi duntaxat pro habendo inor-
 dinatus animus; tautologicum videretur, dicere *Malam*, si protulit *Avaritiam*. Quorsim
 perveritatis expressio, supposito necessario? Promptissime difficultas evanescit, scito He-
 braico Idiotismo: etenim sæpe per *Hypallagem* utuntur Hebræi adiectivo & concreto pro
 abstracto. *Lucerna fulgoris*: *Luc.* 11. 36. Idem, fulgor lucernæ. *Vid. n. 17.* & *Tom. priores*,
 verb. *Hypallage*. Similiter *Avaritiam malam*: Idem, malum Avaritæ, *Psal.* 70. 20. *Tribu-*
lationes multas & malas: hoc est, malitiam & multitudinem tribulationum. *Via iniqui-*
tatis: *Via recta*: de quo usquequoque in Biblijs, q. d. Iniquitas vel rectitudo viæ, seu pro-
 positæ. *Clarius* videtur 1. *Tim.* 1. 5. *Charitas de fide non fita*, 2. *Cor.* 6. 6. *In charitate non*
fitâ. Si fita, nec fides, nec charitas potest esse: quare tò *Fictâ* adiectivum exponendum
 pro abstracto: nimirum, *Non in simulatione fidei, nec fictione charitatis*; quia hoc hypo-
 crisis, & illud perfidia. Eodem sensu illud, *Coloss.* 2. 8. *Per philosophiam, & inanem fal-*
laciâ. Apud Græcos frequens schema. *Hom.* 16. *Odyss.* v. 86. *Iniustam iniuriam*. Hoc
 est, iniuriæ iniusticiam. In eadem nostræ Tautologiæ materia, *Sophocli* in *Antigon.* v. 298.
Malum argentum, malum numisma, Principes latinicitatis eodem *Ithylo* usi sunt. *Senec.*

Avaritia
 quid sit?
 Habac. 2. 9.

Adiectivum
 & concre-
 tum pro ab-
 stracto.

Hypallage.